

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Bellum ar  
cum fontibus proximo et primis

Cum tempus necessitasque postulat,  
decertandum est manu et mors servituti  
turpitudinique anteponenda.

Nam  
occidi pulchrum est,  
si ignominiose servis.

Tullius de Tusculanis questionibus.

Pro libertate vero conservanda et servitute  
indebita repellenda decertandum est usque  
ad mortem; ait enim Tullius:  
“Cum tempus necessitasque postulat,  
decertandum manu est, et mors servituti  
turpitudinique anteponenda  
est.”

Inde etiam Seneca dixit:  
“Occidi pulchrum est,  
si ignominiose servis.”

Albertanus Brixiensis, *Liber consolationis  
et consilii*, 49 (T. Sundby ed., pp.109-10,  
ll.21-25, 1-2).

Temere autem in acie versari  
et manu cum hoste conflagere immane  
quiddam et beluarum simile est; sed  
cum tempus necessitasque postulat,  
decertandum manu est et mors servituti  
turpitudinisque anteponenda.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 1.81  
(M. Winterbottom ed., p.33, ll.2-6).

Occidi est pulchrum,  
ignominiose ubi servias.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 442 (G. Meyer  
ed., p.47, 1.7).